

ஸ்ரீ ஸ்ரீ

I. N. I.

Præloquium ad Benevolum Lectorem.

**A**STRONOMIÆ STUDIUM NOBILE PRORSUS ET EGREGIUM VETERES JUDICARUNT, IMÒ PLANÈ REGIŪ: QUIPPE QUOD FACILI NOS COMPENDIO, QUANTUM NATURALE LUMEN SUPPEDITAT, IN ETERNI ET OMNIPOTENTIS DEI COGNITIONEM DUCIT ET PROVEBIT: QUEMADMODŪ CORYPHÆUS APOSTOLORŪ D. PAULUS BUJUS REI LOCUPLETISSIMUS EST TESTIS. Astrologie verò cultura, que considerat ET contemplatur effectus à motu, lumine, et influentiis Astrorū dependentes, multis ferè semper calumniis fuit obnoxia; non suo quidem merito, sed hominum nobilissimā hāc parte Physices abutentium vi-  
tis et ignorantia. Complures enim stellas sancte augustej venerati sunt, et contra uaticinia Prophetarum manifestissima felicitate suis Regibus promiserunt: quos inter Chaldaici Siderum contemplatores duxere familiam. Sed borum opinio cum sit falsissima, inq; pro-  
digiosa admodum scopulos absurditatis impingat: jam pridē quoq;  
è pomarijs Ecclesiæ relegata vanitate extabuit. Nec est obscurum,  
quam graviter et severè insignis ille Prophetarum ocellus Esaias in  
homines hocce nimium superstitiones sit inventus. Similiter turpis-  
sum hunc abusum taxavit Princeps et Antesignanus Prophetarū  
Moises: luculenter eundem ab usu vero sequestrans et sejungens.

Esaix 47.  
vers. 13.  
Deutero-  
nomij 4.  
vers. 19.

EDIVERSO MULTI REPERTI SUNT, ET ADBUC REPERIUNTUR NON PAUCI: QUI NON LEVITER IN DEFECTU PECCANT ET HALLUCINANTUR, BUJUSQ; ARTIS AMATORES PARITER ET CULTORES LEVITATIS REOS AGUNT ET IMPETATIS: ARGUMENTIS MOTI VEL NON DEXTRÆ INTELLECTIS, VEL ETIAM MINIME BANC ARTEM FERIENTIBUS. PROINDE TUTIUS EST MEDIAM SECARE VIAM: QUAM MONSTRAVIT IN PRESENTIRATIONE PHÆNIX ASTRONOMORŪ TYCHO BRAHEUS EX OMNIBUS, QUOS SOL UNQUAM INDE A MUNDI EXORDIO CONSPEXIT, USQUE AD SUAM ETATEM NOBILISSIMUS. AB OMNI ENIM INCERTITUDINE ET FALSITATE VINDICATŪ EST, BUJUS AB UNIVERSITATIS PARENTE DEO USIBUS GENERIS HUMANI ET COMMODITATIBUS SIDERA DESTINATA ESSE ET CONSECRATA: NON QUIDEM QUASI PRINCIPATUM QUENDAM IN HOMINES, VEL DOMINIUM SIBI VENDICARE DEBEANT VEL POSSINT, UT VERSUS ILLE NOTISSIMUS INNUIT: